

CAROLI A LINNÉ,

Equitis aurati de stella polari,

ARCHIATRI REGII, MED. ET BOTAN. PROFESS. UPSAL. ACAD. PARIS.

UPSAL. HOLM. PETROPOL. BEROLIN. IMPER. LONDIN. ANGL.

MONSP. TOLOS. FLORENT. EDINS. BERN. SOC.

SYSTEMA
NATURAE

PER

REGNA TRIA NATURAE,

SECUNDUM

CLASSES, ORDINES,
GENERA, SPECIES,

CUM

CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS, SYNONYMIS,
LOCIS.

TOMUS I.

EDITIO DECIMA TERTIA, AUCTA, REFORMATA.


CURA

JO. FRID. GMELIN,

PHILOS. ET MED. DOCTOR. HUIUS ET CHEM. IN GEORGIA AUGUSTA PROF.
P. O. ACAD. CAESAR. NATURAE CURIOSORUM ET ELECTORAL. MOGUNTIN.
ERVORDENSIS, NEC NON SOCIET. REG. SCIENT. GOETTINGENSIS,
PHYSICAE TIGURIN., ET METALLICAE MEMBERI.

LIPSIAE, 1788.

IMPENSIS GEORG. EMANUEL. BEER.



CAROLI A LINNÉ
S Y S T E M A
NATURAE.

TOM. I. PARS III.

CLASSIS III.
A M P H I B I A.

*Terribilia sunt opera Tua, o Domine!
 In multitudine virtutis Tuae Te metientur contemptores Tui.*

NUDA pleraque, frigida aestuantium animalia corde uniloculari, uniaurito, pulmonibus (primi ordinis) arbitrariis, pene (secundi ordinis) duplici, maxillis mobilibus, dignoscuntur.

AMPHIBIA pleraque horrent Corpore frigido, Cute nuda, multa Colore lurido, Facie torva, Obtutu meditabundo, Odore tetro, Sono rauco, Loco squalido, pauciora Veneno atroci, singula Sceleto cartilagineo, Vita tenaci, Vi partes amissas reproducendi vivacissima instructa, ex ovo nata.

POLYMORPHA in his Amphibiis natura duplicem vitam plerisque concessit: Aliis *Metamorphosin* subire, aliis *Senectam* exuere, aliis in sicco humidoque promiscue vivere, aliis dimidio anno *hiemare*, aliis praedam *nisu astute* assequi, aliis *fascino* quasi eandem in faucem revocare.

REPTILIA pedata, auribus plano-denudatis absque auriculis, variam vitam ex structura agunt; *Testudines* muniuntur Testa, *Dracones* evolant Alis, *Lacertae* fugiunt Pedibus, *Ranae* absconduntur Loco, nec omnes Veneno prorsus carent, ut Gecko et Geitje.

SERPENTES apodes a Piscibus separant Pulmones, Ovorum catena, Penisque duplex muricatus, affinitas denique cum Lacertis tanta, ac Lacertarum cum Ranis, vixque limites admittens. Hos nuda in terra reiectos, artuum ministerio expertes, omnium injuriae expositos, armavit Natura conservatrix suis armis, horrentibus execrabili Veneno, pessimorum pessimo, in diversis diverso. Sunt autem haec Tela dentibus simillima, sed extra maxillam superiorem collocata, proque lubitu exferenda et retrahenda, facculo affixa saniei, quam vulnere inflant in sanguinem, tum diri effectus causam, ceterum inertem; sicque Catonia haec morsu virus habent et fatum dente minantur, pocula morte carent, prout solide *Redi*. Ne vero hi spoliati miserique armis, quae ipsis superessent, nimium saevirent, decimam quamque tantum speciem (♂) armavit imperans, sed verispelles eos voluit, ut dubii omnes metuerentur ab omnibus, at Beneficus

neficus Homini dedit Indis *Ichneumonem* cum *Ophiorhiza*, Americanis *Suem* cum *Senega*, Europaeis *Ciconiam* cum *Olea* et *Alcali*. Venenatos serpentes *Marsii Psyllique* Arabiae et Americae excantant *Aristolochiae* speciebus teste *Jacquino* et *Forskäblio*. v. *Amoen. acad.* 6. p. 197.

DIAGNOSIS harum difficilis et ambigua; color solus fallacissimus, quem viva saepius per annum et aetatem, mortua adhuc magis mutant; pictura minus infida; qui desumunt a Pedum succedaneis, *Scutis abdominalibus caudalibusque*, caveant, ne numerus alteri demtus alterique additus seducat, hinc juvat uterque connumeratus (*Aff. Stockh.* 1752. p. 206.) illustrat etiam ab ano utrinque longitudo, cave vero, ne renata sit mutilata cauda.

AMPHIBIOLOGI omnium paucissimi.

Seba numero stupendo sibi ignota pulchre collegit et delineavit, sed multiplicavit, minimeque descripsit: *Catesby* nec paucos serpentes pulchrius delineavit, quam notavit, *Gronovius*, *Boddaert*, *Garden*, *Pallas*, *Pennant*, *Schlosser*, *Bloch*, *Hornstedt*, *Beireis*, *Schrank*, *Molina*, *Sparrmann*, *S. G. Gmelin*, *Lepechin*, *Blumenbach*, *Bloch*, *Cetti*, *Scopoli*, *Walbaum*, *Gottwald*, verum horum numerum auxerunt iis ex autorum descriptionibus et iconibus, utinam magis ex autopsia! desudavit *Laurenti*, feliciter *Boddaert*, in testudinibus ordinandis *Schneider*, in lacertis distribuendis *Houttuyn*, *Forskäl*, *Merck*, in serpentibus meliorem in ordinem redigendis *Boddaert* et *Weigel* laudabilem navarunt operam; organismum, vocis praesertim in nonnullis instrumenta, egregiis observationibus dilucidavit zootomus princeps *Camperus*. a)

CHA-

a) Amphibia ossibus cartilagineis, circulatione tardiori, diaphragmatis defectu, auditu visuque acutissimo, tactu tanto hebetiori, vesiculis pulmonum majoribus, hepate lobato, ductu cystico hepatico et pancreatico, ventriculo oblongo crasso, non transpirant, diutius abstemia, vitae tenacioris, vi ablata reproducente majore instructa.

CHARACTERES AMPHIBIORUM.

I. REPTILIA pedata.

119. TESTUDO. *Corpus testa munitum.*
 121. DRACO. *Corpus alis volatile.*
 122. LACERTA. *Corpus (testa alisque) nudum, caudatum.*
 120. RANA. *Corpus similiter nudum, ecaudatum.*

II. SERPENTES, apodes.

123. CROTALUS. *Scuta abdominalia et caudalia cum crepitaculo.*
 124. BOA. *Scuta abdominalia et caudalia sine crepitaculo.*
 125. COLUBER. *Scuta abdominalia; squamae caudales.*
 126. ANGUIS. *Squamae abdominales et caudales.*
 127. AMPHISBAENA. *Annuli abdominales et caudales.*
 128. CAECILIA. *Rugae nudae laterales.*

I. REPTILIA.

*Os respirans pulmonibus.**Pedes quatuor.**Penis simplex.*

119. TESTUDO. *Corpus caudatum, lorica ossea aut coriacea superne et inferne, vel squamis superne obtectum.*
Oris mandibula superior inferiorem pyxidum instar claudens.

* *marinae, pedibus pinniformibus, prioribus longioribus.*coriacea. 1. T. testa coriacea, per longitudinem striata. *Schneid. Schildkr. p. 312. n. 4.*Testudo pedibus pinniformibus muticis, testa coriacea, cauda angulis septem exaratis. *Syst. nat. XII. 1. p. 350. n. 1.*Testudo coriacea. *Vandell. ad Linn. Pat. 1761. 4. Brit. zool. 3. p. 7. 8.*Testudo coriacea f. mercurii. *Rondel. pisc. 445. Gesn. aq. 946.*β) Testudo tuberculata. *Penn. aët. angl. 61. 1. p. 275. t. 10. f. 4. 5.*γ) Testudo. *Amoureux apud Rozier jour. de phys. 1778. Jan. p. 65. et Suppl. 13. p. 230.**Habitat, rarior, in mari mediterraneo, atiantico.*imbricata. 2. T. palmarum plantarumque unguibus binis, scutis laxè atque imbricatim incumbentibus. *Schneid. Schildkr. p. 309. n. 3. Leipz. Magaz. zur Naturk. 1786. 3. p. 258.*Testudo pedibus pinniformibus, testa cordata subcarinata ferrata: scutellis imbricatis, cauda squamata. *Syst. nat. XII. 1. p. 350. n. 2. Gronov. zooph. 72.*Caretta. *Knorr del. nat. sel. t. 50.*Caret. *du Tertr. ant. p. 229. n. 24.*Testudo Caretta. *Raj. quadr. p. 258.*Testudo marina americana. *Seb. mus. 1. p. 130. t. 80. f. 9.*Hawk's-bill Turtle. *Brown jam. p. 465. n. 1.*Scaly Tortoise. *Grew mus. p. 38. t. 3.*Schieferartige Schildkroete. *Walb. chelonogr. p. 46. 110.**Habitat in mari americano, asiatico.*

Corpus

Corpus $2\frac{1}{4}$ pollices longum, depressum, imbricatum; caput longius, quam carettae; lorica ovata, depressa, scuti costis tribus tenuibus, carinatis, interruptis, margine acuto, posterius serrato, squamis 34 inaequalibus plurimae pentagonis, quarum 13 discum, reliquae marginem occupant; iterum, quale fere carettae.
Haec praebet ex parte lamellas artificum.

Mydas. 3. T. palmarum unguibus binis, plantarum solitariis, testa ovata.

Schneid. Schildkr. p. 299. n. 1. t. 2. Testudo viridis.

Amoen. acad. 1. p. 138. Testudo unguibus acuminatis palmarum duobus, plantarum unico.

Mus. Ad. Frid. 1. p. 50. Testudo atra.

Gesn. quadr. 78. Testudo marina.

Aldr. quadr. 712. t. 714.

Olear. mus. 27. t. 17. f. 1.

Bradt. nat. t. 4. f. 4.

van Iperen Verband. van Vlissingen 6. p. 620.

Fovflet it. 2. p. 194. 200.

β) Seb. mus. 1. t. 80. f. 9. Testudo marina americana Mydas dicta.

Amoen. acad. 1. p. 137. Testudo eadem.

Maregr. bras. 241. Jurucuja brasiliensibus.

Raj. quadr. 256.

γ) Amoen. acad. 1. p. 287. n. 7. Testudo unguibus acuminatis, palmarum plantarumque solitariis.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 50. Testudo eadem.

Seb. mus. 1. t. 79. f. 5. 6.

δ) Walb. chelonogr. p. 82. 124. Testudo marina rostro anterio.

ε) Walb. chelonogr. p. 85. 126. Testudo rostro gallinaceo.

Xxx 3

γ) Walb.

Testudines Persii detestatae, crebra, jam in avis, squalorum felium, lutrarum, accipitrum pelecatorumque praeda, vermibus visitant, marinae etiam fucis, in captivitate omnivorae, tardissimae, ut per mensem saepe copula cohaerent, in aere novae diutius alii persistentes, vitaeque adeo tenaci, ut capite etiam abscisso, per plures adhuc dies vivant, sterno aperto diu adhuc respirent; terrestres hinc in frigidioribus hibernant. Testa constat duobus laminis coadunatis: superiore dorsali convexa, costis inaequalibus, obtella scutellis dorsi 12, marginis 24; inferiore e sterno explanato, in marginibus magis concavo, antevius obtuso, posterius emarginato, lateris in scutella dorsi; apertura testae anterior pro capite et brachiis, posterior pro cauda et femoribus. Similitudo structurae in generalibus, varietas singularum specierum pro varia aetate, cognitio plurium in variis aetate periculis impetesta difficilem reddit eorum diagnosin, mancam historiam.

5) *Walb. chelonogr. p. 88. 127.* Testudinis marinae scutum ingens.

Habitat ad pelagi insulas e. g. insulam ascensionis, aurorae, a testudinum multitudine denominatam, congenerum maxima, et robustissima, ut 600 librarum et majori adhuc pondere dorso imposito currat, tot hominibus, quot ei insistere possunt, onusta incedat; resupinata in mari dormiens natat, resupinata in terra non erigitur; ova numerosissima (ad 1000 quotannis) rotunda, membranacea in arena calcarea deſodit, noctuque incubat; caro cum pinguedine viridescens, esculenta, nautis exoptatissima, scorbuticis, ut fertur, salutaris; sepiis et testaceis victitat. Testa olim pro scutis, fornicibus.

Scutella dorsalia fere laevia obsolete excavato-punctata; testae apex bifidus; cauda testae margine non longior; in aure internis neque ossicula auditus, neque cochlea, sed canales 3 semicirculares; varietas γ) videtur esse junior.

Caretta. 4. T. scutis dorsalibus postice gibbis, unguibus palmarum plantarumque binis. *Schneid. Schildkr. p. 303. n. 2.*

Syst. nat. XII. 1. p. 351. n. 4. Testudo pedibus pinniformibus, unguibus palmarum plantarumque binis, testa ovata acute ferrata.

Gron. zoophyl. 1. n. 71. Testudo pedibus pinniformibus unguibus acuminatis geminis, rostro acuminato, testa ovata ferrata; dorso tuberculato.

Gron. mus. 2. p. 85. n. 69. Testudo pedibus natatoriis, unguibus acuminatis binis.

Brown jam. p. 465. n. 3. Logger-head Turtle.

Testudo marina Caouanna. *Raj. quadr. p. 257.*

Catesb. car. 2. p. 39. t. 39.

Rochefort antill. p. 249.

β) *Walb. chelon. p. 101.*

Habitat ad insulas maris Americani et mediterranei.

Caput mediae magnitudinis, os amplius, rostrum longius et robustius, quam congeneribus; dorsum magis prominens, et gibbosum; testa crassa, eleganter picta; caro rancida, aphrodisiaca; lamellae artificum partim ex hac desunt.

macropus. 16. T. scuto ovato carinato emarginato, pedibus maximis bifariam unguiculatis. *Walb. Schildkr. p. 112.*

** *fluviatiles, pedibus palmatis, testa cum sterno membrana juncta, et binis sterni processibus in medio utrinque sulca.*

- orbicula- 5. T. testa orbiculari planiuscula laevi.
ris. Testudo europaea. *Schneid. Schildkr. p. 323. n. 5.*
Gronov. zooph. p. 17. n. 73.
Marsigl. Danub. 4. t. 33. 34.
- β) Testudo punctata. *Mus. Gronov. p. 10. n. 93. Gottw. Schildkr. t. 12.*
- γ) Testudo scabra. *Syst. nat. XII. 1. p. 351. n. 6.*
Habitat in Europa ad Borussiae usque.
Margo testae in femina integerrimus, superficie magis laevis; mari scutum subconvexum cum capite albidum, striis exiguis nigris excavatum, posterius multo minus emarginatum, quam feminae, scutella elevatius striata, dorsali nonnulla media subcarinata; sternum magis asperum, modice sinuatum fuscum; hoc feminae flavescens, cutis etiam colli pedumque flavis maculis magis varia.
- membrana- 17. T. pedum unguiculis tribus, testa dorsali membranacea
nacea, ovata grisea striata. *Blumenb. Naturg. p. 257. n. 1.*
Schneider Schildkr. t. 1.
Habitat in mari Gujanam alluente, exilis; an a cartilaginea vere diversa?
- triunguis. 18. T. pedum unguiculis tribus, dorsi disco rugoso orbiculato, limbo depressiore laevi, naribus in cylindro elevato et ultra caput prominente. *Forsk. Fn. arab. p. 9.*
Habitat rarior in Nilo, nonne eadem cum membranacea?
- cartilagi- 19. T. testa orbiculari membranacea, in dorso striata, pedum
nea, unguibus tribus, naso cylindrico prolongato. *Boddaert Berlin. Naturf. Fr. Schrift. 3. p. 265.*
Schneider Leipz. Magaz. zur Naturk. u. Oekon. 1786. 3. p. 263. t. 2. Testudo Boddaerti.
Rarior species: Caput depressum; labia lata lutea, superius sursum, inferius deorsum revolutum; apertura oculi horizontalis; palpebra superior inferiore latior; scutum gravis elevatis asperum: margine partis emarginatae revoluta; pars anterior scuti medio convexa posterius plana et depressa; scutella neque in scuto, neque in sterno; hoc anterius aequae longum, ac scutum dorsale; pedum digiti 5.
- ferox. 20. T. testa cartilaginea ovata, pedum unguibus tribus, naribus tubulatis prominentibus. *Penn. aff. angl. 61. 1. n. 32. p. 266. t. 10. f. 1-3. Schneid. Schildkr. p. 330.*
Habitat in fluviis Americae australis Savanna et Alatomalia, etiam in fluviis Floridae orientalis, ad 70 libras ponderosa,

rosa, 20 pollices longa, 14½ lata, carne delicatiori, quam testudinis Mydae. Ferox et mordicus se defendens.

Caput subtrigonum, antrorsum angustatum, versus posteriora dilatatum; collum longum et crassum; oculi contigui, palpebris latis, laxis, pupilla angusta, iride citrina; maxilla utraque ex osse unico; labium superius inferiore latius; nasus talpaerostro similis, sed mollis, tenuis, pellucidus, cartilagineus; brachia crassa, robusta, cum manibus cute laxa plicata obscure virescente tecta; manuum digiti 5, digitis 2 spurii adhaerenti; plantae similes, digito tamen spurio unico, et albidis; cauda crassa lata, pollicem infra anum exorients, posteriori scuti dorsalis parti longitudine aequalis. Scutum dorsale ex atro fuscum, virescente tinctum, medio osseum, ad latera cartilagineum et flexile; posterius et anterius tuberculis glabris oblongis conspersum, subtus eleganter albidum, venosum; sternum egregie albidum, anterius cartilagineum, 2-3 pollices ante scutum dorsale prominens, posterius osseum, cybipii figuram referens.

scabra. 6. T. capite glabro discolore, scuto ovali demisse convexo excelsè carinato scabro.

Testudo verrucosa. Walbaum chelonogr. p. 116.

Corpus digiti minoris longitudine, cute verrucosa, squamis hinc inde conspersa; scutum ovale 22 lineas longum, et 15 latum, anterius modice retusum, in ambitu convexum et crenatum, posterius rotundatum, humiliter ferratum, et denique emarginatum, superficie squamis angulosis, verrucosis vestita.

squamata. 21. T. corpore ovato superne una cum collo cauda et pedibus squamato, inferne laevi et molli. Schneid. Schilke. p. 340.

Bont. jav. 82. Testudo squamata.

Habitat in Javae fluviis, ad ripas cuniculos agens, carne sapidissima, per lacertam orbicularem testudines cum lacertis jungens, pisces venans.

Caput exiguum serpentis; oculi parvi, mobiles; dentes acuti; squamae caput versus minores.

lutaria. 7. T. cauda corpore dimidio brevior, testa planiuscula: postice tribus scutellis carinata.

Amoen. acad. 1. p. 139. n. 23. Testudo unguibus acuminatis palmarum plantarumque quaternis.

Raj. quadr. 254. Testudo aquarum dulcium s. lutaria.

β) Testudo

- β) Testudo tubulata. *Walb. chelonogr. p. 122?*
 γ) Testudo campanulata. *Walb. chelonogr. p. 124?*
Habitat in lacubus ad ripas fluxiorum Tanais, Volgae, Uralis, Lawbe, ad Kirgificos, Indicos, et alios Orientis.
Palmae magis palmatae; plantae minus. Sternum postice truncatum.
- scorpioides. 8. T. palmarum unguibus quinis, plantarum quaternis, fronte callosa triloba, cauda unguiculata.
Habitat Surinami.
Testa nigra, ovali-oblonga, dorso quasi angulis 3 obsolete, scutellis dorso figura clypeorum nobilium; caput anterius tectum callo, qui posterius trilobus est; plantarum digitus extimus muticus; ungues acuti, caudae incurvus.
- Herrmanni. 22. T. pedum unguibus quaternis, caudae apice unguiculato.
Schneid. Schildkr. p. 348.
Longitudo pedis dimidii. Lorica ex flavo nigroque variis convexa; marginis scutella 24, quorum 2 postrema magis convexa reliquis prominent; dentes nulli; plantae elephanti pedibus similes; unguis caudae offeus, incurvus, $\frac{1}{2}$ pollicis longus.
- carolina. 11. T. pedibus digitatis, testa gibba, cauda nulla.
Testudo pedibus digitatis, calloso-squamolis, testa ovali subconvexa, scutellis planis striatis medio punctatis. Gronov. zooph. 17. n. 77.
Testudo tessellata minor caroliniana. Edw. n. 205.
Seb. mus. t. 1. 80. f. 1. Testudo terrestris major americana.
Habitat in Carolina, media inter hanc et tertiam tribum, pedibus ad hanc accedens.
Caput subobtusum, squamis callofis obtectum; scuti incisura anterior lunata; margo acutus; scutella lata, plana, margine striata, medio excavato punctata; sternum anterius truncatum, posterius bifidum: Pedes squamis rotundis tecti, anteriores unguibus 5, posteriores 4 acuti, robustis.
- palustris. 23. T. testa depressa, unguibus palmarum quinis, plantarum quaternis. *Brown Jam. p. 466. n. 4.*
Habitat in Jamaicae aquis stagnantibus, in pratis vixtum quiescens, 8-9 pollices longa.
Corpus depressum, ovale.
- caspica. 24. T. testa orbiculari, palmarum unguibus quinis, plantarum quaternis, capite squamato, cauda nuda. *S. G. Gmelin n. 3. p. 59. t. 10. 11.*
Habitat

*Habitat in Hircaniae aquis dulcibus, interdum adeo incref-
cens, ut nonnulli homines scuto insistere possint.*

Scutum ultra 8 pollices longum et ultra 7 pollices latum, con-
vexum, ex nigro et viridi varium; marginis scutellis 25
superficie parallelogrammis; disci 5, subquadratis, futu-
ris scutellorum confluentibus nunc rectilineis, nunc curvi-
lineis; sternum ultra 7 pollices longum, et ultra 3 pollices
latum, glaberrimum, nigricans, albo-maculatum, po-
sterius bifidum, obtusum, anterius sulco triangulo nota-
tum, utrinque sulco longitudinali spirali, et 4 transversis
exaratum. a)

clausa. 25. T. disci scutellis carinatis, sterno vix repando, valvularum
ope ad scutum apprimendo.

Dofenschildkroete. *Bloch Schrift. der berl. Naturf. Fr. 7.
I. p. 131. t. 1.*

Habitat in America septentrionali.

*Valvularum binarum ope claudi adeo arcte lorica potest, ut
nihil aquae intret.*

pensilva- 26. T. palmarum unguibus 5, plantarum 4; caudae apice cor-
nica. neo acuto. *Seligman av. 8. t. 77.*

*Habitat in Pensilvaniae aquis stagnantibus; nonne eadem cum
clausa? Viva moschum olet; caudae apice deorsum verso
corpus movet in declivibus montium lutosorum motumque
sistit.*

Cauda brevis.

serpenti- 15. T. pedibus digitatis, testa subcarinata: postice obtusa acu-
na. te quinquedentata. *Mus. Ad. Frid. 2. p. 36.**

*Habitat in Algiriae, et Sinae aquis dulcibus, mordax natans.
Caput serpentis; cauda longitudine totius testae.*

27. T.

a) *An huc spectet alia ex aquis caspicis allata, cujus cognitionem Coniunctissimo
Blumenbachio debeo, decidere vix ausim; convenit certe notis in definitione
enumeratis; sed differt colore loricae fusco, maculis ex atro fuscis vario, sterni
limba albo; scuti scutellis dorsi 4, anteriore pentagono, reliquis hexagonis: late-
ribus parallelis repandis; cincta haec novem aliis minoribus; trapeziis, pentago-
nis; marginis scutella 25, albida, fusco-maculata, plurima satis aequalia, sub-
quadrata. Quorsum pertineant aliae a S. G. Gmelin in Persiae provincia
Masanderan visae, vix verbulo memoratae testudines, grandes, serpentibus in-
fensissimae, ideo Persis gratae, et domesticae; ea haecenus extricare non licuit;
facile mansuescere, et perinde in aquis, ac in terra, in montibus, ac in valli-
bus vivere, refert S. G. Gmelin.*

Spengleri. 27. T. testa flava subcarinata: postice obtusa acuta 10. dentata, squamis imbricatis. *Walbaum Schrift. der berl. Naturf. Fr. 6. p. 122. t. 3.*
Serpentinae affinis.

fimbria. 28. T. testa striata et echinata, fronte callosa triloba. *Schneid. Schildkr. p. 349. n. 12.*
Barrer. Fr. equin. p. 60. 165.
Fermin Surin. 2. p. 226.
Habitat in Americae australis savannis ad Aprozague, et ad insulas Reimire.
Caput planum trigonum; collum praelongum, valde rugosum. Multum affinis scorpioidi.

*** terrestres, pedibus clavatis unguiculatis, testa convexa, commissuris ossibus cum sterno juncta.

denticula-9. T. pedibus subdigitatis, testa orbiculato-cordata: margine ta. crofo.

β) Testudo signata. *Walbaum chelonogr. p. 120?*

Habitat in Virginia. Mus. de Geer.

Testa magnitudine ovi meleagridis sordide pallescens, antice retusa, margine toto denticulata et quasi erosa, testae squamis sexagontis scabris; cauda pedibus brevior; pedes 5-4 quasi elephantini, absque digitis distinctis.

graeca. 10. T. pedibus subdigitatis, testa postice gibba: margine laterali obtusissimo, scutellis planiusculis.

Raj. quadr. 243. Testudo terrestris vulgaris.

Habitat in Africa, Sardinia, Graecis, teste Forstkål, amatus cibus, qui et crudum sanguinem bibunt, et ova ejus coquunt; mares irati occurrentes lapide arietant, ut plagae eminus audiantur; Septembri sub terra se abscondens, Februario rursus emergens, Junio in loco aprico foveae palmis effossae ova committit 4-5 alba, columbinis similia, ex quibus post primas Septembris pluvias prodeunt pulli, juglandis magnitudine.

Corpus 6½ pollices longum, 4 libras ponderosum, caudatum: Plantarum ungues 4, palmarum ut plurimum 5, interdum 4. Testa ovalis margine integerrima; scutum valde convexum, cum cute ex nigro et flavo varium.

carinata. 12. T. pedibus digitatis, testa gibbosa, scutellis dorsalibus quatuor anterioribus carinatis, sterno integro.

Habitat in calidis regionibus.

- geometri- 13. T. scutellis testae ovatae omnibus elevatis superne planis,
 ea. striis flavis velut e centro stellatim concurrentibus. *Schneider Schildkr. p. 352.*
Syst. nat. XII, I. p. 353. n. 13. Testudo pedibus posticis palmatis, testae scutellis elevatis truncatis.
Mus. Ad. Fr. I. p. 50. Testudo unguibus acuminatis, palmarum 5, plantarum 4.
Amoen. acad. I. p. 139. n. 24.
Brünn. spol. mar. adriat. p. 92. Testudo testa gibba tessellata subtus postice emarginata, pedibus fissis, cauda brevissima.
Brown jam. p. 466. n. 5. Testudo major oblonga, testa profundiori, cute loricate, unguibus palmarum 5, plantarum 4.
Worm. mus. 317. Testudo picta s. stellata.
Grew mus. 36. t. 3. f. 1. 2. Testudo testa tessellata major.
Seb. mus. I. t. 80. f. 83. Testudo minor amboinensis.
Pis. bras. t. 105. Testudo nigricantibus et flavescantibus figuris geometricis.
Raj. quadr. 259. Testudo tessellata minor.
Gottwald Schildkr. t. 13. 16.
Habitat in Dalmatia, Russia australi, Asia, et meridionali America.
Cauda brevis; pedes omnes fissi, anteriores digitis 5, posteriores 4, omnibus unguiculatis; testa non raro sesquipedalis, valde gibba, scutellis elevatis, medio flavis, versus ambitum striatis, hexagonis; sternum posterius acute emarginatum.
- pufilla. 14. T. pedibus subdigitatis, testa hemisphaerica: scutellis convexis trapeziis, margine striatis disco punctatis. *Flagströem. nov. act. Stockh. 1784. I. n. 6. p. 46.*
Grew mus. 38. t. 3. f. 2. Testudo virginea.
Worm. mus. 313. Testudo terrestris pufilla ex India orientali.
Edw. av. t. 204. Raj. quadr. 259. Testudo tessellata minor africana.
Habitat ad caput bonae spei, cicurata stercore gallinarum, pane, gramine, fructibus, saccharo, herbis floribusque variis, nequaquam lacte aliisve animalibus cibis victitans, per totam hiemem ab omni cibo potuque abstinens, aquam non intrans, tardissime progrediens, nisi calore pulsa.
Testa superior modice convexa, magnitudine vix manus, cincta intra marginem fascia albida, areis 22 trigonis obscurioribus ornata; scutella disci in medio elevato-punctata,

- Stata, quorum 1 et 2 subcarinata, reliqua minime; testa inferior subrubescens, anterieus integra, posterius emarginata; brachia et femora nuda sine squamis; palmarum indivisae unguibus 5; plantae vix digitatae unguibus 4; cauda brevis.*
- indica. 29. T. testa supra collum reflexa, scutellis tribus primoribus tuberosis. *Schneid. Schildkr. p. 355. n. 14.*
Habitat in India.
 Maxillae ferratae, et duplici adhuc dentium serie munitae; testa ex fusco cinerea; scutella 3 anteriora gibbo rotundo, 3-4 lineas alto, et sesquipollicem lato, inaequalia.
- picta. 30. T. testa plana, utrinque macula duplici ex atro caerulecente notata, scutellis margine flavo cinctis, collo per longitudinem flavo nigroque striato. *Schneid. Schildkr. p. 348.*
 Pedes unguibus brevibus acutis; cauda brevis; sternum flavum, linea media nigra. *Hermann.*
- fulcata. 31. T. caudata, pedibus digitatis, testa gibba: scutellis lineatis sulco circumscriptis. *Mill. on var. subj. t. 26. A. B. C.*
Habitat in insulis Americae australi oppositis.
- planitia. 32. T. pedibus digitatis, testa ovali convexa laevi. *Gronov. zooph. n. 76.*
Gronov. mus. ichth. 2. p. 86. n. 70. Testudo pedibus cursoriis, unguibus acuminatis quinque palmarum plantarumque.
Habitat Surinami.
 Caput ovatum, anterieus acutum, supra plagioplateum; oculi magni, rotundi, contigui; rostri apex obtusus prominens; maxillae edentulae; inferioris apex aduncus; lingua teres; scutella elevata, aequalia, lata; sternum ad latera angustatum; pedes crassi, breves, singuli unguibus 5 acutis curvis muniti.
33. T. testa ovali gibba: scutellis disci medio flavis, margine nitente atris, sulcatis, lateralibus polygonis.
Kil. Stobaeus act. litter. et scient. Succ. 1730. p. 59. Testudo americana terrestris, forte Jaboti Brasiliensibus, Cagado de terra Lusitanis dicta.

Habitat

Quorsum spectet memorata a Catesby ex Savanna species, quae cocta una cum torica antea dura adeo mollescat tota, ut comedi possit, ex manca descriptione eruere non licet.

Habitat in America australi.

Caput serpentis, maculis supra flavis, subtus rubris variis; maxillae canaliculatae, dentibus minutis munitae; lingua teres lata; oculi nigri, languidi, humidi; collum ad longitudinem pollicum 4 extensile, cute obscura, rugosa, squamosa tectum; femora crassa, curva, rubro-maculata; palmae unguibus 5, plantae 4. Scutum pollices 10 longum, $6\frac{1}{2}$ latum, 5 altum; dorso scutella 13, primum seriei mediae pentagonum, 2-4 hexagonum, 5 trapezium; margo niger striatus; sternum flavum; cauda crassa conica, pollicem circiter longa.

120. RANA. Corpus tetrapodum nudum, ut plurimum ecaudatum: pedibus posterioribus longioribus.

* Bufones, corpore verrucoso, ventricoso, pedibus brevioribus.

- Pipa. 1. R. digitis anticis muticis quadridentatis, posticis unguiculatis. *Mus. Ad. Frid.* 1. p. 49. *Gron. mus.* 2. p. 84. n. 64. *Seb. mus.* 1. p. 121. t. 77. f. 1-4. Bufo f. Pipa americana. *Wagn. mus.* 15. t. 7. Bufo major surinamensis. *Vincent. pip.* 1726. t. 62. Bufo aquaticus surinamensis. *Bradl. nat.* t. 22. f. 1. Rana surinamensis. *Vallisn. nat.* 1. t. 41. f. 6.

Camper Schrift. der berl. Naturf. Ges. 7. p. 200.

Fermin monogr.

Habitat in Gujanae aquis, nigris ejus incolis esculenta; mas ova seriatim a femina exclusa hujus dorso illinit, seque in hoc volutando foveis in cute feminae excavatis imprimis, suoque tum femine foecundat; ex ovis cum cute matris dorsali connatis post trimestre prodeunt pulli, branchiis carentes, primo ecaudati, post caudam assumentes, quam denique exuunt.

Caput planum, brevissimum, latum; rostrum spathulae forma; oculi remotissimi minimi; collum brevissimum, rugosum; corpus orbiculare, planum, supra ex nigro spadiceum, cute dura, cartilaginea; digiti anteriores teretes, posteriores longissimi, membrana indivisa juncti.

- musica. 2. R. humeris gibbis punctatis.

Habitat Surinami in aqua dulci, vesperi perque totam noctem loquax, musica surinamensis.

Corpus